UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 4. Volhinia, Polonis Volin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

VRBES SAMOGITIÆ	Vormatia: *Vorms*, aliàs *Medniki*, ciuitas Epiſcopalis ad Fl. Wiruitham.
	Roſſa: *Ros*, vbi de nobilium cauſis iudicia exercentur.
	Kiſydea: *Kiſidoy*.

§. 4. *Volhinia Polonis*, Volin.

Provincia bellicoſiſſima, & feraciſſima; pars olim Lithuaniæ Ducatus fuit. Dicti ſunt eius primi incolæ à fluuio Volga, vnde & dicti Volgari eorum Comites. Tempore Alexandri Guaguini Polemarchi, in tres diſtrictus diuidebatur, ſeu territoria; alij eam in ſuperiorem & inferiorem diuidunt, ſeu citeriorem & vlteriorem: vlterior continet Palatinatum Kiouienſem; citerior tres ſequentes diſtrictus complectitur.

VOLINIA SVPERIOR, ſeu CITERIOR, *la haute Volinie.*	D. Lvcensis *Territoire de Lucsko.*	Lvcceria & Luceoria: *Luczko*, vel *Luſuc.* vbi duæ arces muratæ, & duo Epiſcopi, alter Latinorũ, Ruſſorum alter.
	D. Volodimiriensis *Territoire de Volodimirtz.*	Volodimiria: *Volodimirtz*, vrbs lignea, cum arce quoque ex ligno inter paludes, olim Ducatus caput.
	D. Cremenecensis *Territoire de Crzemenec.*	Cremenecvm: *Crzemenec*, vrbs perampla ligno munita, cum arce quoque lignea argillo circumlita.
		Olika, Oſtrog, Crudouia huius quoque tractus vrbes.

VOLINIA VLTERIOR, ſeu INFERIOR, ſeu PALAT. KIOVIENSIS *la baſſe Volinie, ou Palatinat de Kiouu.*	Kiovia: *Kiouu*, de quâ in Lithuaniâ.
	Cirkaſſium: *Circas*, vnde populi Circaſſi, diſcreti ab aliis ita dictis ad Ponti Euxini Orientalem ripam. Hi autem ſunt inimici infenſiſſimi Tartarorum Precopenſium, ab iis ſæpe damnum accipiunt, ſæpe reponunt.
	Cernobela: *Czernobel*, vbi fluuius Vska cadit in Boryſthenem.
	Bialacera: *Bialacerieu.*
	Daſſauia: *Daſſau*, ad oſtia Fl. Hypanis *Bog*.